

Salme 4 fra completorium for søndage

Ant. Miserére * mihi, Dómine, et exáudi oratióem meam.

4:1 Cum invocárem exaudivit me Deus iustítiæ **meæ**: * in tribulatióne dilatásti **mihi**.

4:2 Miserére **mei**, * et exáudi oratióem **meam**.

4:3 Fílii hóminum, úsquequo gravi **corde**? * ut quid dilígitis vanitátem, et quæritis **mendácium**?

4:4 Et scitóte quóniam mirificávit Dóminus sanctum **suum**: * Dóminus exáudiet me cum clamávero ad eum.

4:5 Irascímini, et nolíte peccáre: † quæ dicitis in córdibus **vestris**, * in cubílibus vestris compungímini.

4:6 Sacrificáte sacrificium iustítiæ, † et speráte in **Dómino**. * Multi dicunt: Quis osténdit nobis **bona**?

4:7 Signátum est super nos lumen vultus tui, **Dómine**: * dedísti lætítiam in corde **meo**.

4:8 A fructu fruménti, vini, et ólei **sui** * multiplicáti sunt.

4:9 In pace in **idípsum** * dórmiam, et requiéscam;

4:10 Quóniam tu, Dómine, singuláriter **in spe** * constituísti me.

V. Glória Patri, et **Fílio**, * et Spirítui **Sancto**.

R. Sicut erat in princípio, et nunc, et **semper**, * et in sæcula sæculórum. **Amen**.

[divinumofficium.com/cgi-bin/horas/officium.pl]